

Hæc ALGAROTTI effigies, quo Cive superbit
Regina, Adriacis quæ dominatur aquis.
Illius ore loqui dulces ante omnia Musas
Credidimus, Charites illius ore loqui.
Illius ingenio nec te latuere, Lycori,
Ardua Newtoni dogmata, prisma, color.
Plauserunt tanto contenti judice Vates;
Æmula naturæ plausit amica manus.
Enituere illo choreæ, scenæque magistro;
Enituit Russi purior orbis honor.
Olli Ynchas, Romæque canunt præconia Reges;
Aptius ex illo Mars sibi legit opus.
Sed quid ego hæc retuli? Magno placuit FRIDERICO
Hoc unum longi carminis instar erat.

J. 133 III
We. 1 III
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=g-f-schmidt-v3-5238